

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

E ante O

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

monte fuisse sopitum: non aliam ob causam quam ut illum semel ex oculis eiecit. Endymion (inquirit) si fabulas audire volumus, necesse quando in Latnio obdormivit: qui est mons Carix non sum opinor) experrectus. Num igitur cum curate centes quatuor Luna labore, a qua consopitus putatur, ut cum dormientes siculas erant? Haecenus Cic. Hinc natum proverbium: Endymionis somnum dormis. Et dicitur quodammodo in eos quadrabit qui sese immodico somno saginant, aut qui diuturno in ocio versantur, nec ullis se negotiis exercere, sed in olem feriatamq; agunt vitam.

Enecis, dicitur habitabant olim juxta Paphlagoniam: inde Homerus sylvestres multos educi scribit. Dicantur & equae Encides. Enetus, dicitur, etiam possessivum est, & civitas Myrmecis dialectici patria, Steph. Vide HENETI.

Engaddum. [17] PV hem pedat. In tribu ludae (ut scribit Hieronymus) vocatur usque hodie vicus praegrandis iudaeorum, juxta mare mortuum, ubi opobalsamum provenit, quas vineas Engaddi Salomon in Cantico nominat. Idem alibi Engaddum ager est terrae iudaeae, non tam vineis quam balsamis florens.

Engelanes, populi Myriae, idem qui Encheleg, iudaeis, Steph.

Engyon, dicitur, Vrbs Siciliae, Steph.

Eniochi, Vide HENIOCHI.

Eniopeus, dicitur, Hectoris auriga fuit, a Diomede lancea confixus Auctor Homerus, s. Iliados.

Enipeus, penultima prod. dicitur, Fluvius Thessaliae, campos Pharfallicos rigans, juxta quem Caesar vicit Pompeium, Lucan. li. 7: Sanguine Romano quam turbidus ibit Enipeus. Est & alter hujus nominis fluvius in Elide, in Alpheum illabeas, qui recentiore nomine Barnichius dicitur, teste Strabone lib. 8.

Enispe, dicitur, Vrbs Arcadiae, quae non amplius extat. Quidam Cleotrix, alii Phocidi annumerant.

Enna, dicitur, Germ. En Estaz geseget mizen in Sicilia (habet seqt Anna.) Civitas Siciliae edita in loco & undique praecipiti situ, a Syracusanis (Stephano teste) condita, quae umbilicus Siciliae dicitur, quod in medio insulae constituta sit. Imminet subjacentibus campis, ubertate & florum varietate conspicuis: olim templum Cereris (ut Strabo testatur) habuit vetustissimum, ubi dea praecipua veneratione colebatur, ad quam propitiandam quindecim viros legatos misere Romani. Hinc raptam a Plutoe Proserpinam, Cereris filiam, dixit antiquitas. Vulgo hodie Annam appellat, ubi qui regis locum tenet, ob loci connumeritatem, totius insulae solet conventum habere. Cicer. in Verrem: Vetus est (inquirit) opinio, iudices, quae constat ex antiquissimis Graecorum literis atque monumentis, insulam Siciliae totam esse Cereri & Liberae consecratam. Hoc cum ceterae gentes sic arbitrantur, tum ipsi Siculis tam persuasum est, ut animis eorum insitum atque innatum esse videretur: nam & natus esse has in iis terris deas: & fruges in ea terra primum repertas arbitrarentur: & raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Enneum nemore: qui locus quod in media insula est littus, umbilicus Siciliae nominatur. Haecenus Cicero.

Ennae, a, um, dicitur, ut, Enna Ceres, quae augustissimo in templo apud Ennam colebatur: cujus simulacrum tanto erat effidum artificio, ut qui illud intueretur, aut ipsam videre se Cererem, aut effigiem Cereris non humana manu factam, sed caelo delapsam arbitrarentur. Auctor Cic. 7. Verr.

Enneacrunos, dicitur, Nomen fontis apud Athenas a Pistrato conditi: a numero siltularum dictus, quos Graeci regis appellant nostri vero Salimta.

Ennius, dicitur, Germ. En veater latensifer poët. Poeta antiquissimus apud Romanos. Quint. Valerio & C. Manilio C. O. 55. natus fertur. Hic Tarentinus (si Eusebio credimus) fuit. At Pompon. Mela scribit, Rudias Apuliz, seu Calabriae oppidum, Ennio cive esse nobile. Cui stipulatur Silius: Miserunt Calabri, Rudix genuere vetuste. Quia ipse etiam Cic. in Orat. pro Archia Poeta Ennium, Rudium hominem vocat. Eusebii dicit Ennium a Catone Quiratore Romam translatum, in Aventino habitasse, ac usius ancillae ministerio contentum fuisse. Scipionis etiam Africani familiaris erat, quem in bellis semper comitabatur: unde & in sepulchro Scipionum putatur esse constitutus. Sequutus est M. Fulvium Nobiliorem ad bellum Aetolicum, cujus filium erudit. Ab hoc & Cato jam senex dicitur Graecas literas didicisse. Scripsit plurima, inter quae Annales, bellum Punicum secundum hexametris, quae omnia penitus intercidit, exceptis versibus aliquot, quos Macrobius ostendit ab eo desumpsisse Virgilium, & paucis immutatis in suos transulisse. Sententiarum gravitate in primis excelluit, sed cui verborum cultus minime responderet. Unde interrogatus aliquando Virgilius quid ageret: Autum se ex Ennio fieri colligere respondit. Perit articulari morbo, quem ex immodico vini usu contraxerat. Horatius: Ennius ipse

pater nunquam nisi potus, ad arma Prostravit dicenda, etc. Ennius alter fuit Grammaticus, qui duos libros de litera ac syllabis & metris conscripsit: autor est Tranquillus.

Enosigæus, dicitur, Germ. En Enschon in Letto dens: in unad Nepturni. Dicitur est Neptunus, quod terram quatit. Unde etiam Enosichthon, dicitur dicitur. Extra eum melius unico n scribetur. Dicitur enim dicitur dicitur hoc est, a tercia concussione. Javeral. Bary. 10. de Xero. Ipsum compedibus qui vixerat Ennosigæum.

Enoch, dicitur, Nomen viri in sacris literis, qui signatus Genia Dei. Fuit septimus ab Adam doctor & gubernator Ecclesiae Dei ante diluvium, ab ipso Deo vivus in caeli traditus est, anno post mortem Adæ 171. Genes. 5.

Enosifia, dicitur, Hecate, quod in via inventa sit ab Inacho, Stephanus in Troadis.

Enona, dicitur, Oppidum in ora Liburniae, apud Plinium libro 3. capite 21.

Enope, dicitur, Stephano, Vrbs Peloponnesi, in tractu Melloniaco, juxta Pylum, sub ditione Agamemnonis, teste Homero lib. 9. Iliad.

Entela, dicitur, Siciliae urbs a Campania habitata, Carthaginiensium primi belli Punici tempore sociata. Stephanus. Vulgo Castro veterano.

Entribe, dicitur, Populi Thraciae a Stephano commemorati. Enyalus, dicitur, Vnum est ex Martia cognominibus, teste Macrobio lib. 1. Saturnal. cap. 16, qui Enyalus dicitur quasi Enosigæus: hoc est, Bellone filius. Accipitur & pro bellioso.

Enyo, dicitur, Bellona dea, bellorum praefata: quaequam etiam figuratè pro ipso bello sive praelio accipitur. Marci. libro primo: Nec te decipiat ratiibus navalia Enyo: hoc est, praelium navale.

E ante O. Eordax, dicitur, duae regiones Mygdoniae: nempe dicitur, una Iberica: altera Thraciae, ab Eordo quodam. Genia, Eordus, Eordus, Eordus, Steph.

Eordis, dicitur, populi Thessaliae, Steph. in Amyro.

E ante P. Epacia, dicitur, Attici agri oppidum, unum ex his quae Cecropem in civitatis formam sunt redacta. Auctor Steph.

Epagris, dicitur, Insula una ex Cycladibus, quae nonnunc amine Andros appellatur, teste Plinio, lib. 4. cap. 12.

Epaminondas, dicitur, Germ. En Epaminondas. Epaminondas Thebanus, Polydori filius singulari modo doli, prudentia, & gravitate praeditus, rei militaris peritus, manu strenuus, animo maximo: adeo autem amans veritatem, ut ne joco quidem mentiretur. Adhaec multiplici artium cognitione exornatus fuit. Nam & fidibus novit, & ad earum sonum accinet: quae in re praecipuum habuit Dionysium. Tibicium autem autem ab Olympio doro hausit, quem admodum saltationem i Calliphronem. In Philosophia vero Lyx Pythagorae operam dedit. Hic quum apud Leuctram Lacedaemonios plaga praefera adeo affecisset, ut ex eo tempore Lacedaemoniorum spes conuerint, & principatum Graeciae amissum ultra reparare nequiverint, dicere solebat: Orbem se, non tamen sine liberis mori, & ex se natam relinquere pugnam Leuctricam. Hic est clarissima facinora edita, extremo tempore apud Mantinam, cum acie instructa, & ducis optimi, & militis fortissimi officio fungitur, sparo, aegre tecto, percussus idem moriturus, solatusque in castra semianimis, requisivit a circumstantibus salvisne esset dypeus: quum salvum esse diceret sui respondissent: allatum, veluti socium laborum, ploransque oculatus est. Iterum qualiter essent ne fusi hostes, quum id quogor ac cupiebat, audivisset, oculi tum denique spualum jactantur: ita multo sanguine profuso, in letitia & in victoria mortuus est. Cujus morte Thebanorum vires ita hebetatae sunt, ut non tam illum amississe, quam cum illo interiisse omnes videretur. Nam ante Epaminondam Thebani alieno impio paraverunt, & post interitum ejusdem in servitatem philinam revoluti sunt: ut manifestum sit gloriam Thebanam cum illo natam, & cum illo extinctam fuisse. Vide Xenophontem lib. ult. Remm Graecorum.

Epaphroditus, dicitur, pen prod. En Epaphroditus, Grammaticus penit Chazroneus: Archiae grammatici alumnus, & discipulus, quae Modestas Aegypti Praefes sibi coemis, cuiq; filium Philinum idem in disciplina tradidit, quem ille Romae instruit sub Norone. Mortuus est hydropis. Reliqua vide apud Suidam.

Epaphrus, dicitur, Iovis filius ex Io, qui Memphim in Aegypto condidit. Ovid. 1. Metam. postquam fabulam Iovis in vacca conversae recepit, subdit: Hinc Epaphrus magni gentis de femine tandem Creditur esse Iovis.

Eparita, dicitur, populi Arcadiae, quorum civitas Epans dicitur: debebat non reperitur tamen id nomen. Steph.

Epheus, pen. prod. dicitur, Nomen proprium Endymionis filii, & Proton